UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jnstitutio vite sacerdotalis d[omi]ni Joannis tritemij abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti mogu[n]tinensis dioces[is] ...

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 22.X. 1494]

De remedio co[n]tra luxuriam. Cap. iii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31315

Visual Library

extitit: raro in ſenectute bonus erit.

De remedio cõtra luxuriam. Cap. iij.

Conſueuere medici primũ egrotis grauitatem morbi ſubtili diſputacõne oſtendere: et tũc demũ remedij opem adhibere. Cognita eñ grauitate egritudinis: minus terret amaritudo pocõnis. Id ego tecum facturus. primũ quidem periculũ feminee cohabitacõnis tibi multimoda demonſtratione aperui: et quis ſit finis huius morbi quantũ licuit declaraui. Conſequens igitur nũc eſt: ut de remedio cogitemus. Caro eñ ſemp̄ concupiſcit aduerſus ſpiritũ: et niſi exercicio ſalubri refrenetur: et ſe et illum in profundũ damnacõnis p̄cipitat. Hinc probe admonet poeta dicens. Ocia ſi tollas. periere cupidinis arcus: cõtempteq; iacent: et ſine luce faces. Sancta etem̃ ſcriptura p̄hibet: quoniã in deſiderijs eſt omnis ocioſus. Oportet igitur eum qui vicium libidinis cupit extinguere: ſe in aliquo ſancto opere iugiter exercere. Ocioſitas quippe inimica eſt anime. Hinc beatus hieronymus quendã admonet dicens. Semp̄ aliquid boni facito: ut te diabolus inueniat occupatũ. Optimũ quippe remediũ contra malas cogitacões: eſt operis ſancti alicuius occupatio. Enimuero dum animus circa aliquod bonũ exerciciũ delectabiliter intentus eſt: aliunde non cogitat. Non patebit acceſſus diabolo: ſi mens fuerit occupata in aliquo exercicio. Exemplũ ſume in ſancto dauid: qui occupatus bellicis rebus luxuriam domuit: ocioſus in domo conſiſtens adulterium commiſit. Dum manus vacat ab opere: mens languet in cogitatione. Si ergo cupis libidinem vincere: ocium fuge. Quibus autem exercicijs tempus accõmodare debeas: paucis ſi placet accipito. Mane aſſueſcas ante lucem de ſomno exurgere: et oracõnibus tam canonicis quã votiuis aliquantulũ vacare. Cũq; penſum ſeruitutis tue orando deuote cõpleueris: lectionibus ſacris deinceps vacabis:

donec te ad miſſam celebrandam ex officio vocatũ intel-
ligis. Poſt miſſam oracõibus denuo vacandũ eſt: et ſa-
cris meditacõibus qꝫ deuotiſſime inſiſtendũ. Deinde ma
nibus laborandũ: domus curanda negocia: et ſi qua ꝓ
neceſſitate fuerint ordinanda: cũ dei timore diſponantur
Opus autẽ manuale ſacerdotis eſt ſcribere: codices a ſe
uel ab alijs deſcriptos impreſſoſue ligare: ceteriſqꝫ hone
ſtis laboribus pro ſua cõditione uel neceſſitate inſiſtere.
Deniqꝫ ſumpto cibo laudes deo referende ſunt: qui nos
hic paſcit in terris: iterũqꝫ orandũ ut poſt hanc vitã ſine
fine paſcat in celis. His rite completis: nõ ilico ad fabu-
las eundũ eſt: ſed ſacris lr̃is denuo vacandũ. Deinde ma
nibus operandũ erit vſqꝫ ad veſperã: que vltra quartã ho
ram nõ extendatur in opere manuali. Cũ vero iam in-
clinato die dormiendũ eſt: prius ad deuotiſſimas oratio
nes recurratur. Quibus expletis: actuũ tuoꝝ ꝑ diem ra
tionẽ conſtituas: et de negligenti cõuerſatione tua. te reũ
coram deo clamans. veniã et indulgentiam expoſtules.
Nam ſi teipm̃ iudicaueris: a deo abſolueris. Et niſi in
timore dñi te conſtanter tenueris: cito ſubuertet domus
cõſcientie tue. Qð ſi in aliquo delicto p̄occupatus fueris:
mox ad lamentũ penitentie recurras: taleqꝫ ſi fieri poteſt
confeſſorẽ eligito: quẽ et ſcientia ſcripturarũ idoneũ com-
probet: et cõuerſatio cõmendet. Raro enĩ confitentibus
viam ſalutis in veritate aperit: qui cõuerſatione reproba
viuit. Qð ſi temptationes carnis inimico ſuggerente in
animo ſentire ceperis: noli eas ꝑ moram roborare: ſed
ꝑ oracões et ſancta exercicia quantocius expellere. Lu-
bricus eſt ſerpens libidinis: et niſi in capite nõ facile con
teritur. Dum adhuc infirmus eſt aduerſarius: facile ſupe
ratur. Nec te ſi viceris aliquãdo ſecurũ exiſtimes: qꝛ non
eſt cõpleta victoria: vbi quotidiana geritur pugna. Quã
diu ergo potes ſubijci: nõ credas te viciſſe. Noli in tua for
titudine confidere: noli tibi victoriam arrogare: ſed ſpem
tuã in ſolius dei adiutorio ſcito conſiſtere. Nemo enĩ ca-
ſtus viribus ſuis. Gratia enim dei adiuta: carnem vincit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bona volũtas. Oportet autẽ contra temptacões carnis
ſine intermiſſione orare. ad dñm et dicere. Confige timo
re tuo carnes meas: a iudicijs eñi tuis timui. Noli amare
delicias huius mũdi. que te cito euaneſcere facient: et ar
dore libidinis facile incendent. In victu tuo caueatur ſup
fluitas: nec ciboꝝ varietas appetitũ moueat ſed fames.
Non apponãtur incentiua libidinũ: ſed que corpus alãt.
non incendãt. Vinũ in quo eſt luxuria. ſemꝑ ſit tibi ſuſpe
ctum: ne duplici ardore incendaris: potus videlicet ⁊ iu
uentutis: Ignem luxurie fouet in gremio: qui aſſiduo vti
tur vino. Verendoꝝ noe denudatio: et inceſtus loth: te
vinũ ſemꝑ timere admoneant. Ebrietas eñi viui hoĩs ſe
pultura eſt: que ſenſus deſtruit: rationẽ extinguit: mentẽ
ligat: conſcientiã vulnerat: ſanitatẽ corporis minuit: ani
mã occidit. Scaturigo maloꝝ ebrietas: carnẽ ad luxuriã
excitat: peſſimis cogitacõnibus cor inquinat: in turpiſſi
ma verba linguã laxat. Hieronymi ſacratiſſimi verbũ eſt
Repletus venter facile ſpumat in libidinẽ. Sit igit̃ viro
caſto moderata refectio: ſit potus parcus et tenuis: ſit ſer
mo pudicus. Caueat familiaritatẽ mulierũ: ſenſus ſuos
omni cuſtodia dirigat: ne in foueã libidinis cadat. Quo
tienſcũq; cogitatio turpis mentẽ pulſare ceperit: memo
riam dñice paſſionis ſubeat: cogitatũ ſuũ in vulnera ieſu
chriſti ponat. Scriptũ nãq; eſt. Beatus q̃ tenebit: et al
lidet paruulos ſuos ad perrã. Petra autẽ inquit apl'us
erat chriſtus. Recordatio etenim dñice paſſionis. omniũ
temptationũ efficaciſſimũ remedium eſt. Enĩuero quem
chriſti paſſio nõ emollit: nulla exercitatio curabit. Mox
ergo ut carnis libido ſpiritũ oppugnare ceperit: leuet ma
nus ſuas ad celũ cultor caſtitatis ⁊ dicat. Dñe ieſu chriſte
amator caſti conſilij: tu ſcis vires meas ad reſiſtendũ exi
guas: adiuua infirmitatẽ meã: ꝑ amaram paſſionẽ tuã.
Credo in dño. quoniã ſi orans cũ deuotione perſtiterit:
victoriam aduerſus carnẽ facile impetrabit. Volo autem
te frater amantiſſime nõ ſolũ facta: ſed et verba turpia de
clinare. Corrũpunt eñi mores bonos colloquia praua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Necꝫ illos imitari velis. q̊ turpiloquijs vacantes: caſtos
ſe corde exiſtimāt. Ex abundantia etem̄ cordis: os loquit̃
Vanus ſermo: vani cordis indiciū eſt. Qualis vniuſqꝫꝫ
apud ſe lateat: prolatus ſermo ꝓbat. Sūt nōnulli. et qui
dem multi ſacerdotes. qui laſciuis moribus ſuis ſyncerita
tem cōſcientiarū violant: quanqꝫ ad actū libidinis corpo
raliter nō accedāt. Sedent cū feminis loquentes turpia:
tactus prurientes cōmiſcent et oſcula: et inter hec ſe ca
ſtos eſſe gloriantur. Et vbi manet ſermo dñicus. qui vi
derit mulierē ad concupiſcendū eam: iam mechatus eſt
eam in corde ſuo? Si viro caſto mulierē videre ad cōcu
piſcendū non licet: quātominus impudice cōtingere. oſcu
lari. et contrectare manibus. Dicit nāqꝫ apl̄us. Ab omni
ſpecie mala abſtinete vos: ſicut decet ſanctos. An tibi nō
videtur mali ſpecies. inter hoīes ſedere caſtos: et iuuencu
larū oſculis tactibuſqꝫ inſanire? Mentiar ſi nō vidi ſacer
dotes et maioris dignitatis p̄latos totū in nauibus diē
obſcenis cōſumere tactibus et oſculis feminarū: nullāqꝫ
dignitatis ſue reuerentiā habuiſſe. Interne libidinis indi
ciū eſt: dum verba quis turpia loqui conſueuit. et iūgere
tactus. Inter hec ne caſtitas mentis illeſa manebit? Tu
autē nicolae chariſſime ſi dignū te deo miniſtrū exhibere
deſideras: ſi libidinis duriſſimū iugū euadere optas: nō
ſolū a factis ſed etiā a verbis turpibus. et mulierū te tactu
abſtineas. Impoſſibile eſt nō vulnerari mentē: dum oſcu
lo et manu laſciuiens contingis mulierem. Memento no
uiſſima tua monet ſapiens: et in eternum non peccabis.
Nihil em̄ adeo cohibet a peccato hominē: ꝙꝫ intenta me
moria mortis.

De lectione et ſtudio ſcriptura rum. Cap̄. iiij.

Scio et expertus ſum: ꝙ efficaciſſimū contra
omnes temptationes remediū: eſt ſtudium et
lectio ſcripturaꝝ. et frequens oratio. Nam ta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN